Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-755509-p0001-3

Xm. 87.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-755509-p0002-9

# ERNESTVS PLATNERVS

VNIVERSITATIS LITTERARVM

LIPSIENSIS

H. T.

# PROCANCELLARIVS

PANEGYRIN MEDICAM

A. D. XI. APRIL. CIↃIↃCCXCVII

IN AVDITORIO MAIORI

CONCELEBRANDAM

INDICIT

---

QVAESTIONES MEDICINAE FORENSIS.

III. DE AMENTIA DVBIA

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-755509-p0003-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-755509-p0004-0

Foemina octo et triginta annorum in matrimonio habebat cauponem ruſticum, hominem aſperum, durum, immitem, a quo, inprimis quando naturalis eius furor ſpiritu vini vehementius exarſiſſet, verberibus omnique genere iniuriae ac violentiae crebro afficiebatur. Atque ſaepenumero, acceptis verberibus, attonita concidebat mentisque aliquamdiu poſt ita non erat compos, vt in cura rei domeſticae multa tunc inepte, nonnulla etiam ſtulte faceret. Quod animaduerſum eſt a nonnullis, qui ſaepius eam et propius videbant; etiam dominum pagi de ea re certiorem facientes, ne foemina aliquando omnia extrema experiretur. Et ipſa quoque mentis vel perturbationem vel imbecillitatem in ſe perſentiebat. Nam aliquoties apud matrem conqueſta et lamentata eſt miſeram vitae ſuae conditionem, eique plane affirmauit, ſe de animi ſui ſtatu ita anxiam atque ſollicitam eſſe, vt non dubitaret, quin aliquam in capite laeſionem, mariti crudelitate, iamdudum accepiſſet.

 Hunc

Hunc illa ſuum non maritum, ſed tortorem, cum dormiens in ſcamno decumberet, ferramento bifurcato, quale ad incidendos et detruncandos frutices agricolae ſolent adhibere, grauiter percutit in capite; vnde vulnus ille accepit, quo intra viginti quatuor horas periret. In eodem conclaui ſtramentis incubabat ſeruus vecturae. Hunc, ex laſſitudine arctius dormientem, ſuſcitat, deinceps ancillulas quoque; tum ſingulis rem omnem narrat, non anxia ſed laeta, et plane iocoſis verbis. Sed tamen hactenus cura et ſollicitudine non carere videbatur, quod facinus non ſolum ſilentio tegi, ſed etiam commento diſſimulari cupiebat ab his, quorum ſe taciturnitati in hac re concredidiſſet. Itaque vulneratum, iam ſemianimem, deportari vult in horreum, vt ibi de tabulato cecidiſſe perhiberetur. Cuius mendaciunculi adornandi cauſa, media nocte in vicinum oppidum commeat ad fratrem, et hoc ei ſcilicet infortunium mariti nuntiat. Apud iudicium comparens hoc primum effugium quaeſiuit: ipſam negationem infitiationemque facti, et crimen a ſe ita ſtuduit auertere, vt illud in hominem quendam nuper de ergaſtulo dimiſſum deriuaret. Secundum interrogata, de facinore libenter et aperte confeſſa eſt, at de aliis rebus nihil ad cauſam momenti habentibus, negauit. Nunc iudices, inprimis rogante et vrgente defenſore, ad amentiam in hac rea ſibi reſpiciendum eſſe intelligebant. Sed noluit nimirum deſipiens videri: igitur non reae excuſatio defuit, ſed rea excuſationi; quae ad ſe purgandam nihil omnino et ne hoc quidem afferret, quod ſane veriſſimum erat: deſperationem. Et minime omnium crudelitatem mariti fletu et eiulatu exaggerauit, aut iudicum clementiam et miſericordiam expopoſcit: nec ſe facti poenitere vllo modo ſignificauit.

Con-

Contigit foeminae defenſor acerrimus, qui amentiae probandae omnia, quaecunque poſſet, argumenta ſtudioſe conquireret, teſtiumque iuratorum fide ac religione corroborare ſtuderet. Sed nihilo magis anceps cauſa fuit. Etenim

I. Rea medicis publicis, diligenter eam explorantibus, perfectam ſanitatem probauit; adeo vt neque in pulſu, neque in viſcerum actione quicquam deſideraretur.

II. Res omnes et homines agnoſcebat; nec ſui ſtatus conſcientia vllo modo carebat.

III. Integra ei memoria erat perſpicuaque ac promta rerum praeteritarum recordatio; et hactenus idearum congruentia ſucceſſioque. Cui ſigno quoniam multum vulgo tribui ſolet: medici publici, qui eam tum reſpondentem et loquentem in iudicio audiuiſſent, tum in carcere cum ea conſulto eſſent ſermocinati, illam excuſationem propoſitam ab actore cauſae et defenſore ſuo teſtimonio plane deſtituerunt.

IIII. Etiam hoc aduerſus ream allatum eſt, quod negotiis rei domeſticae praefuiſſet. Deinde facti eiusmodi erat excogitatio inuentioque, vt aegre tibi perſuaderes ream iudicio caruiſſe.

V. Imo vero calliditatem demonſtrauit, inprimis facti inſitiatione, et ſuſpicione in alium inſontem delata. Quid quod alter ex medicis publicis, nam duo adhibiti fuerunt, non dubitauit, quin amentiae ſimulatione poenam effugere conaretur iudiciorum.

VI. Denique ſi haec amentia erat: erat ſane malitiae finitima et vicina. Nam vana excuſatio eſt et minime accipienda cum in caeteris criminibus, tum in homicidio, ſi dicas, abfuiſſe a facto ſtudium maleficiendi: nempe dubium eſt, an nulla vnquam inueniatur a commodi ſtudio prorſus ſeiuncta et diuerſa nocendi cupiditas. Igitur ſi hunc finem perſpicua cogitatione



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-755509-p0007-7

comprehenſum habuit, vt mariti nece remedium ſibi compararet miſeriarum: legem commodi cauſa violauit. Atqui omnis actio, quae, poſthabita legis et officii religione, ſtudio ſuſcipitur vtilitatis, et mala eſt, et voluntaria: actio vero mala et voluntaria, recte dicitur malitioſa.

Quae cum ita ſe haberent: anceps cauſa erat, atque non certa, ſed tantum probabili ratione demonſtratum eſt ab Ordine Medicorum, ream ſanae mentis non fuiſſe. Cuius iudicii quam grauia argumenta fuerint, nunc ipſi, Lectores, iudicatote.

*Dennoch aber, da, 1) wenn auch die körperliche Geſundheit der Inquiſitin, durch die Unterſuchung der ihr zugegebenen gerichtlichen Aerzte, auſser Zweifel geſtellt wäre, daraus, an und für ſich allein und ohne Beytritt anderer Beweisgründe, gegen ſonſt ſich offenbahrende Kennzeichen der Verſtandesverwirrung, um ſo weniger etwas gefolgert werden könnte, je öfter man ſogar bey höhern Graden des Wahnſinns keine Spur eines körperlich kranken Zuſtandes wahrzunehmen pflegt; 2) Zerrüttung der äuſsern Sinne, ſo wie auch 3) des Gedächtniſſes und der in dem Gedächtniſs beruhenden Ideenfolge und Erinnerungskraft, bey weitem nicht als ein weſentliches Symptom der Verrückung angeſehen werden kann, und mithin zuſammenhangende Reden und paſſende Antworten, weil ſie meiſt ganz vom Gedächtniſs, Ideenverbindung und Erinnerung abhangen, keinen zuverläſſigen Beweis eines vollkommenen Vernunftgebrauches darbieten; 4) anlangend die Uiberlegungs- und Urtheilskraft der Inquiſitin, dem durch kein Zeugniſs begründeten Anführen des Stadtphyſikus, daſs ſie ihrem Hausweſen gehörig vorgeſtanden,*

*durch*

*durch das bey der Bewirthung der Fuhrleute an ihr aufgefallene verkehrte Benehmen, Bl. — — widerſprochen wird, in der That ſelbſt aber nicht mehr Plan und Uiberlegung, ſo wie 5) in dem zur Bedeckung und Ableugnung derſelben, theils gleich nachher beabſichtigten Veranſtaltungen, theils bey den erſten Verhören ausgeſagten Erdichtungen, nicht mehr Liſt zu entdecken iſt, als man oft in ähnlichen Handlungen vollendeter Wahnſinnigen wahrnimmt, wenn ſie, getrieben durch die Gewalt der in ihnen feſtgewordenen Ideen, im Stillen und ſich deſſen kaum ſelbſt bewuſst, auf ein gewaltthätiges Unternehmen ausgehen und, nach deſſen Vollbringung, erſchüttert durch den ſchreckhaften Erfolg, zur Beſinnung geweckt und, vermöge des nun eintretenden Affektes der Selbſtrettung, auf die künſtlichſten Erdichtungen gebracht werden; wobey noch beſonders bemerkt zu werden verdient, daſs die Inquiſitin, die, in der Aufführung ihres Mannes und in dem vormals von ihr ſelbſt gefühlten und geklagten Zuſtande ihres Kopfes, Bl. — ſich darbietenden, ja ſogar vor Gericht dargebotenen Vertheidigungsgründe Art. — — — — nirgends, nur mit gewöhnlicher Klugheit, erhoben, ſondern gedankenlos abgelehnt und vernachläſſigt; nicht weniger auch in der bey dem Verbande ihres Ehemannes bewieſenen Gleichgültigkeit, in Rückſicht auf den Zweck, ſich als Thäterin nicht zu verrathen, ganz das Gegentheil von Liſt gezeigt; im übrigen aber das, was den Gedanken der mindeſten Verſtandesverwirrung in der Inquiſitin allerdings ganz aufheben würde, nämlich die ihr von dem Stadtphyſicus*

*Bl.*

*Bl. — — — — — — — — beygemeſſene Vorſpiegelung des Wahnſinnes, durch gar nichts bewährt, hingegen durch das ganze Verhalten der Inquiſitin, indem ſie die Vorausſetzung eines ſolchen Gemüthszuſtandes, nach Ausweiſung der nur angezogenen Antworten, vielmehr abgelehnt, keine der darauf hinweiſenden Fragen ihrer Richter, wie es doch der Plan einer ſolchen Verſtellung erfordert hätte, bejahet und ſelbſt zu dem Stadtphyſicus mit einer Art von Unwillen geſprochen: Er will mich närriſch machen: Bl. — ganz einleuchtend widerlegt wird; 6) aber und mehr als alles, neben vielen geringfügigen und auf einen verwirrten Gemüthszuſtand der Inquiſitin, an ſich ſelbſt, nicht hinweiſenden Angaben des Vertheidigers, Bl. — — — — —— folgende in den Acten bewährte Umſtände von groſser Erheblichkeit ſind, als: daſs die Inquiſitin unterſchiedenen Perſonen, welche näher mit ihr bekannt geweſen und nahmentlich ihrer eilfjährigen Dienſtmagd, zumal wenn ſie von ihrem Manne heftige Schläge bekommen, Bl. — und auch ſonſt immer Bl. — übernatürlich ſcheu, tiefſinnig und nicht richtig im Kopfe vorgekommen; daſs unter andern ihrer Nachbarin ihr Zuſtand ſehr bedenklich geſchienen, welche ſogar befürchtet, und dieſes Befürchtniſs den Gerichtsherrn eröffnet Bl. — die Inquiſitin könne ſich ein Leid anthun; daſs ſie ſelbſt, die Inquiſitin, mehrmalen und zu ſolchen Zeiten, wo ſie den Zweck der Verſtellung nicht haben konnte, ſich, wegen der Folgen des ihr von ihrem Ehemanne wiederfahrnen unmenſchlichen Betragens, in*

*Anſe-*

*Anſehung ihres Kopfes beſorgt gezeigt, und Bl. — gegen ihre Mutter geklagt: er habe ſie ſchon im Kopfe zu Schanden geſchmiſſen, ſie habe in ihrem Kopfe ſchon Schaden gelitten, ſie ſey nicht mehr bey ihrem Verſtande, und wüſste zu manchen Zeiten gar nicht, was ſie thue: daſs der Wundarzt Bl. — die ihm in dieſer Beziehung vorgelegten Defenſionalfragen, meiſt alle, mit mehr oder weniger Beſtimmtheit, bejahet und, im Ganzen, den verwirrten Gemüthszuſtand der Inquiſitin beſtätigt: daſs die Gewaltthätigkeiten, welche der Ermordete an der Inquiſitin mit den allergröbſten und ſchwerſten Werkzeugen ausgeübt, meiſt immer den Kopf betroffen, Bl. — — — und gewöhnlich ſogleich auf der Stelle Betäubung und Sinnloſigkeit verurſacht, nachher aber Schwäche und Verwirrung des Kopfes Bl. — — in ihr zurückgelaſſen: und alſo nach dieſem Allen gar wohl gedenklich iſt, wie in dem Kopfe der Inquiſitin, durch die von ihrem Ehemann erlittenen Miſshandlungen, zumal vermöge der damit zuſammenhangenden Gemüthsbewegungen der Furcht, Angſt, Schwermuth und Verzweiflung, innerliche Erſchütterungen und Zerrüttungen entſtehen konnten, welche, indem ſie noch immer einen für die einfachen Verhältniſſe einer ſolchen Frau genüglichen Verſtandesgebrauch geſtatteten, in dem Innern des Denk- und Willensvermögens geheime Unordnungen verurſachten und endlich, unter dem verborgenen Einfluſſe des in ihrem Gemüthe ſtets fortwährenden und täglich höher ſteigenden Drängniſſes, in die ſtille Wuth ausbrachen, mit welcher ſie den tödtlichen Streich an ihrem Ehemanne beſchloſs und vollführte;*

*So urtheilen Wir: Aus den in den Unterſuchungsacten enthaltenen und von dem Vertheidiger angeführten Umſtänden, ingleichen aus den Ausſagen der abgehörten Zeugen, mit Zuſammenhaltung der von den verpflichteten Aerzten ertheilten Gutachten, könne zwar nicht mit vollkommener, aber annoch mit einiger Gewiſsheit geſchloſſen werden, daſs obgedachte Inquiſitin zu der Zeit, als ſie den eingeſtandenen Mord begangen, des Gebrauches ihres Verſtandes nicht mächtig geweſen.*

---

Nunc mihi commendandus eſt digniſſimus Candidatus

Vir doctiſſimus

FRIDERICVS GOTTLOBVS SCHIRMERVS

DRESDANVS

MEDICINAE BACCALAVREVS

Qui rerum medicarum doctrinam, etiam vſu et exercitatione auctam et confirmatam, Ordini Noſtro iam multo ante probauerat. Natus eſt a. cIↃIↃCCLX patre Frider. Gottlobo, ſcholae puellarum Luccauienſis magiſtro; matre Anna Magdalena Krumpia, quam ſibi adhuc ſuperſtitem eſſe vehementer laetatur. Horum parentum cura commiſſus in Lyceum Luccauienſe, a Schulzio, Müllero, Wolfio atque Schmerbauchio, viris clariſſimis,

riſſimis, religionis chriſtianae et litterarum praecepta et initia accepit. A. LXXIX in Academiam noſtram ſe contulit, eiusque ciuis factus eſt Rectore Plazio. Hic b. Clodium, Eckium et Morum, ſcripta veterum interpretantes, audiuit. In philoſophia Seidlizium, in eius hiſtoria autem Burſcherum, Rectorem h. t. Magnificum, in mathematicis Borzium ſequutus eſt. Hiſtoriam naturalem a Leskio, rei herbariae, anatomiae et materiae medicae praecepta a Pohlio accepit, cuius in ſe benignitatem grata mente celebrat. Chemiam b. Galliſchius ei tradidit. Tum Haaſii, Boſii et Gehleri ſcholis anatomicis interfuit. Phyſiologiam Leonhardo et Gehlero in acceptis refert, quam etiam in mea ſchola excoleret. Pathologiam et vtramque therapiam a Boſio et Krauſio accepit; non neglectis meis acroaſibus de pathologia ſceptica et de morbis oculorum, tum adiunctis Plazii recitationibus de morbo venereo. Chirurgiae, duce Krauſio, operam dedit; quem et de morbis infantum atque forenſi medicina docentem audiuit. Hunc Krauſium tum priuata inſtitutione, tum omni genere beneficiorum de ſe ait meruiſſe. In concinnandis formulis Reichelium ſequutus eſt. Sed nullum veriorem in arte medendi magiſtrum habuit, quam Kadelbachium, (cuius morte grauiſſimum nuper vulnus ciuitas noſtra accepit), tametſi ab eo non ſcholarum more eſſet inſtitutus. Nam per vndecim continuos annos ei in viſendis et curandis aegris miniſter et ſocius hoc modo adfuit, vt omnem Viri rationem medendi im-



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-755509-p0013-0

biberet, et per multos annos Kadelbachii quaſi vicarius haberetur. Noſtri Ordinis beneuolentiam laudat propter ſtipendium Quellmaltianum et Schneiderianum ei tributum, et ſimilem munificentiam illuſtris domus Pathouianae, Lubenae florentis, praedicat. Menſe Aprili a. LXXXIV primum tentamen habuit, atque Baccalaureus creatus eſt. Deinde pro Licentia auditiones habuit de Toxicis. A. LXXXVI de abortu ſcripſit, vt Petro L. B. de Bellingshauſen ſummos in arte medica honores, amicorum nomine, gratularetur. Tandem d. XII. April. LXXXXIV. alterum tentamen, atque illud ſeuerius ſubiit, in quo egregiam Candidati doctrinam omnes laudarent. Igitur cum nunc capeſſere inſtituiſſet iura et ornamenta Doctoris ei iam illo tempore decreta: libellum ſcripſit de Scrofulis, quem a. d. XI. April. ab h. IX. publice defendet, Praeſide Viro Excellentiſſimo, Doctiſſimoque Adamo Michaele Birkholzio, Philoſ. et Med. Doct. Ord. Med. Aſſeſſore, Collega coniunctiſſimo. Tum ego Cancellarii vice ab h. XI. habita breui oratione, hanc ei poteſtatem faciam ritu ſolemni. Cuius ego panegyris indicendae cauſa, hanc Rector Academiae Magnifice, Sereniſſime Haſſiae Princeps, Illuſtriſſimi Comites, vtriusque reipublicae Proceres Grauiſſimi, Humaniſſimique Commilitones, proluſionem ad Vos emiſi.

P. P. Dom. Palmarum cIↃIↃCCXCVII.

LIPSIAE,

EX OFFICINA KLAVBARTHIA.

Un 598

(1413)

ULB Halle 3
002 043 564

Sb

4028

hc

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-755509-p0015-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-755509-p0016-7

ERNESTVS PLATNERVS

VNIVERSITATIS LITTERARVM

LIPSIENSIS

H. T.

# PROCANCELLARIVS

PANEGYRIN MEDICAM

A. D. XI. APRIL. CIƆIƆCCXCVII

IN AVDITORIO MAIORI

CONCELEBRANDAM

INDICIT

---

QVAESTIONES MEDICINAE FORENSIS.

III. DE AMENTIA DVBIA

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-755509-p0017-3